Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

propinquant michi : quoniam inter multos
erant mecum Exaudiet deus et humiliabit
illos : qui est ante secula Non enim est illis
commutacio : et non timuerunt deum : extendit
manum suam in retribuendo Contamina
uerunt testamentum eius : diuisi sunt ab ira
vultus eius : et appropinquauit cor illius Mol
liti sunt sermones eius super oleum : et ipsi sunt
iacula Iacta super dominum curam tuam
et ipse te enutriet : non dabit in eternum fluctuaci
onem iusto Tu uero deus : deduces eos in pu
teum interitus Viri sanguinum et dolosi
non dimidiabunt dies suos : ego autem spera
bo in te domine . psalmus dauid . sequitur
Miserere mei deus quoniam conculcauit me
homo : tota die impugnans tribulauit me
Conculcauerunt me inimici mei tota die :
quoniam multi bellantes aduersum me Ab
altitudine diei timebo : ego vero in te spera